

S V O A M A N T I S S I M O P E T R O
Brubacchio Typographo Haganoensi Iacobus Spiegel
Doctor, Sacriq[ue] Lateranensis Palati
comes S. D.



Ifi mihi animus tuus perspectus esset, aman-
tissime Petre, non sic admirerem excusa-
tionem, qua in proximis tuis literis usus es.
Scribis enim te præ tenuitate hoc præser-
tim tempore non posse mihi gratificari, ut
epistolas familiares loānis Tritemii ad pro-
ximas nundinas ædas, nisi te ac rem tuam familiarem quantu-
lam cūp[er] (sic enim scribis) in damnum coniicere uolueris. Itaq[ue]
ne quid detrimenti rebus tuis meo nomine accersas, mitto tibi
exemplum priu[ate] legii, quod ante paucos dies à Cæsarea Maie-
state accepi, ne tibi improbitas quorundam uestri ordinis ho-
minum noceat, qui uos nec primitias laborum uestrorum pa-
tiuntur degustare. Quare rogo, ut quanta fieri possit diligen-
tia in imprimendo adsis, ut quām emēdatissime publicentur.
Quòd si hac in re studium sensero tuum, sa pius post hac in aliis
quoq[ue] autoribus ædendis me amico sis usurus. Gebulerum, per
quem has accipies, & simul Stemlerum nostrum salutabis no-
mine meo. Et tu cum eis bene uale. Raptim.

Ex Selestadio Nonis Ianuarii. M. D. XXXVI.